

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,  
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice  
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio  
Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

Principium 14. Non affert Testis efficax testimonium, nisi firmum adjiciat  
Juramentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](#)

Ita censeri debet probatio, ac si nullus Testis adhiberetur,  
ut p̄ causā matrimoniali, uti ex cap. Licet. 47. de Testi-

s assertio-

, se cens-

item facio-

rum.

5. apud

*Authoritas.*

Desumptum est ex cap. Ex literis. 24. de Testibus & at-  
que item ex le. de minore. 10. ff. de quæstionib⁹. Et le-  
tam. 3. C. de Testibus; illudque approbat communiter  
doctores.

*Ratio.*

Quia, cū testimonium debeat omnem falsitatis suspi-  
cionem excludere, meritò pro testimonio ferendo minus  
consentur Personæ illæ, quas primum est ob arctissimam  
caute, sanguinisque conjunctionem, aut servilem time-  
re, ad testimonium p̄ Reo, sive verum, sive falsum sit, fe-  
t, se ab illudum inclinari.

*Praxis.*

Hinc deducitur 1. Parentes & Liberos adversus se nec  
videntes ad testimonium admittendos esse, uti in le. Paren-  
tae. 6. C. de Testibus deciditur.

Deducitur 2. Nec Famulos & Ancillas, quos Reus de-  
nō sua produxerit, pro legitimis Testibus agnoscendos esse,  
ut in le. Servi. 7. ff. de Testibus deciditur, idemque de Li-  
beris etiam sentiendum, ex le. Libertorum. 12. C. de Testi-  
bus.

Deducitur 3. Multò minus pro seipso Reum in sua causa  
dicitur posse, uti in le. Nullus. 10. ff. de Test. dicitur.

*PRINCIPIUM XIV.*

Non afferat Testis efficax testimonium, nisi fir-  
mum adjiciat Juramentum.

*Sensus.*

Hoc est, nisi Testis, antequam ferat testimonium, jure  
discatur, sive interrogetur, sive non, quæ pro utraque par-  
te novit, nullà falsitate admixta, ex nullo odio, vel amore,  
vel pretio, ut ex Glossa cap. Fraternitatis. V. Juram. colligi-  
tur, non debet Testimonium i llius legitimum haberi, nisi  
sive juramentum à parte adversa remittatur, ut in cap. Tuis.  
de Test.

de Test. dicitur; aut certè Personæ testantes sint hujusmodi nullius a quæ jurare non soleant, quales censentur l'apa, &c. ut Andre Gail apud P. Gobat accus. canon. c. 42. n. 102. & Igo. in Cœ mania observari ait, etiam Nobiles & Illustres Personæ, qui sub fide duntaxar sua per scripturam & sigillum deponerent: aut alia Personæ, quæ per privilegium habent, ut re non teneantur.

*Authoritas.*

Defumptum est ex textu expresso cap. Nuper. § 1. de Testibus, ubi dicitur: Nullius testimonio, quantumcunque ligiosus existat, nisi juratus deposuerit, in alterius præsumtum debet credi. Et le. Jurisjurandi. C. de Testibus.

*Ratio.*

Quia, cùm in Judiciis & Tribunalibus vel maxime iudicia vigere debeat, meritò etiam magna valde certitudine veritate probationum requiritur, utpote quæ sunt fundamentum sententiæ in judicio ferendæ.

*Praxis.*

Hinc deducitur 1. Eos, qui juramenti præstandi incapaces sunt (quales censentur infames, amentes, aut pleno intentionis usu carentes) etiam Testimonii ferendi incapaces consideri debere, uti per se constat.

Deducitur 2. Eos, qui ad testimonium dicendum cogi possunt, hoc ipso etiam ad juramentum cogi posse, nisi finitimi legi Personæ exceptæ, de quibus supra dictum.

Deducitur 3. Juramentum hoc non posse præstari ab eo, qui per solum auditum aut famam aliquid novit, ut notat P. Gobat accus. canon. c. 42. n. 110. contra Monachum ib. c.

*PRINCIPIVM XV.*

*Inefficax est probatio, quam facit unius Testis assertio.*

*Sensus.*

Hoc est, quando probatio aliqua per Testes facienda cum licet addit unus Testis omni exceptione major, tam primum tamen sufficiat ad probationem plenā faciendam, quia